

Lacum aperuit, et effodit eum: * et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Dómino secundum justitiam ejus: * et psallam nómini Dómini Altissimi.

Requiem aeternam.

Añ. Nequándo rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

V. A porta inferi. **R.** Erue Dómine animas eórum. **Pater noster, totum secreto.**

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictio-nibus, et Titulo.

Lectio i. Job 7. b

PARCE mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Visitas eum dilectulo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glútiám salvam meam? Peccávi, quid faciam tibi, o custos hóminum? quare posuisti me contrárium tibi, et factus sum mihi-metipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non auferis iniquitatem meam? ecce, nunc in pulvere dormiam: et si mane me quæsieris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

R. Credo quod Redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: * Et in carne mea videbo Deum Salvátorem meum. **V.** Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne.

Lectio ij. Job 10.

TREDET animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me elíquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare: iudica mihi cur me ita iudices. Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris me, et opprimas me opus mánuum tuárum, et consilium impiórum adjuves? Numquid oculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humana sunt témpora, ut quæras iniquitatem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo quide manu tua possit erüere.

R. Qui Lázarus resuscitásti a monumento fetidum: * Tu eis Dómine dona réquiem, et locum indulgéntiæ. **V.** Qui ventúrus es iudicare vivos et

mórtuos, et sæculum per ignem. Tu eis Dómine.

Lectio iij. Job 10. b

MANUS tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente præcipitas me, in médio umbræ mortis, non timebo mala: * quóniam in pulverem redúces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me: óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitatio tua custodívit spiritum meum.

R. Dómine, quando véneris iudicare terram, ubi me abscondam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita meá. **V.** Commissa meá pavéscó, et ante te erubéscó: dum véneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccávi. **R.** Réquiem aeternam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis. Quia peccávi.

Postea ad Laudes, ut clxxviij. quando dicitur unum tantum Nocturnum.

IN II. NOCTURNO.

Pro Feria tertia, et sexta.

Añ. In loco pascuæ.

Psalmus 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi déerit: * in loco pascuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectionis educávit me: * animam meam convertit.

Redíxit me super sémitas justitiæ: * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timebo mala: * quóniam in pulverem redúces me.

Virga tuá, et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericórdia tua subsequétur me: * ómnibus diebus vita meá.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitudí-nem dierum.

Requiem aeternam.

Añ. In loco pascuæ ibi me collocávit.

Añ. Delicta.

Psalmus 24.

An te Dómine levávi animam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam:

Neque irideant me inimici mei: * etenim univérsi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundántur omnes infu-giæ ágéntes * supervá-cue.

Vias tuas Dómine demónstra mihi: * et sémitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me : * quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Remissere miseratiōnū tuarum Dōmine, * et misericordiārum tuarum, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventūtis meæ, * et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiā tuam memento mei tu : * propter bonitatem tuam Dōmine.

Dulcis et rectus Dōminus : * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio : * docebit mites vias suas.

Universæ viæ Dōmini, misericordiā et veritas, * requirētis testamentum ejus, et testimōnia ejus.

Propter nomen tuum Dōmine propitiaberis peccato meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dōminum ? * legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur : * et semen ejus hereditabit terram.

Firmamentum est Dōminus timēntibus eum : * et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dōminum : * quoniam ipse

evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserebre mei : * quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt : * de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum : * et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, * et odio iniquo odērunt me.

Custodi animam meam, et erue me : * non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhererunt mihi : * quia sustinuit te.

Libera Deus Israel, * ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam. **A**na. Delicta juventūtis meæ et ignorantias meas ne memineris Dōmine.

Ana. Credo videre.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio mea, et salus mea, * quem timebo ?

Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo ?

Dum appropriant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.

Si consistant adversum

me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praelium, * in hoc ego sperabo.

Unampetii a Dōmino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Dōmini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Dōmini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circulavi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : * cantabo, et psalmum dicam Dōmino.

Exaudi Dōmine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserebre mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea : * faciem tuam Dōmine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me : * ne declines in ira a servo tuo.

Adjuutor nervo esto : * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dōminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dōmine in via tua * et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentificta est iniquitas sibi.

Credo videre bona Dōmini * in terra viventium.

Expecta Dōminum, viriliter age : * et confortetur cor tuum, et sustine Dōminum.

Requiem æternam.

Ana. Credo videre bona Dōmini in terra viventium. * Collocet eos Dōminus cum principibus. ¶ Cum principibus populi sui. Pater noster, totum secreto.

Lectio iv. Job 13. d.

Responde mihi: Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum ? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam perscruperis : Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti : Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

A. Meménto mei Deus, quia ventus est vita mea. * Nec aspiat me visus hóminis. **V.** De profundis clamávi ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Nec aspiat.

Lectio v. Job 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et confertur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus mēnsium ejus apud te est: constituiti terminos ejus, qui pręteriri non pōterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.

A. Hei mihi Dómine, quia peccávi nimis in vita mea! Quid faciám miser? ubi fugiám, nisi ad te Deus meus? * Miserere mei, dum véneris in novissimo die. **V.** Anima mea turbata est valde, sed tu Dómine succurre ei. Miserere.

Lectio vi. Job 14. c

Quis mihi hoc tribuat, ut in inférno protégas me, et abscon-

das me, donec pertrāseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me; et ego respondebo tibi: óperi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccátiis meis.

A. Ne recorderis peccata mea Dómine, * Dum véneris iudicare sæculum per ignem. **V.** Dirige Dómine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum véneris. **V.** Réquiem ætérnam. Dum véneris.

Postea ad Laudes, ut clxxviii. quando dicitur unum tantum Nocturnum.

IN III. NOCTURNO.

Pro Feria iv. et Sabbato.

Añ. Compláceat * tibi Dómine, ut erípias me: Dómine, ad adjuvandum me respice. **Psalm.** Expectans expectávi Dñm. 65.

Añ. Sana Dómine * ánimam meam, quia peccávi tibi. **Psalm.** Beatus qui intelligit. 66.

Añ. Sitivít * ánima mea ad Deum vivum: quando veniám, et apparebo ante faciém Dómini? **Psalm.** Quemádmódu desiderat.

67. **V.** Ne tradas béstiis ánimas confitētes tibi. **A.** Et ánimas pauperum tuórum ne obliviscaris in

finem. Pater noster, totum secreto.

Lectio vij. Job 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviantur, et solum mihi superest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudinibus moratur óculus meus. Libera me Dómine, et pone me iuxta te, et cúsvs manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténébras spero lucem. Si sustinéro, inférnus domus mea est, et in ténébris stravi lectulum meum. Patrédini dixi: Pater meus es; mater mea, et soror mea, et vérnibus. Ubi est ergo nunc pręstolatio mea, et patientiam meam quis considerat?

A. Peccántem me quotidie, et non me peniténtem, timor mortis conturbat me: * Quia in inférno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me. **V.** Deus in nómine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia.

Lectio viij. Job 19. c

Pelli mea, consúptis cárnibus, adhasit os meum, et derelicta sunt tantúmmodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici

mei, quia manus Dómini tēgit me. Quare persequimini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tribuat ut scribántur sermões mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo fërreo, et plumbi lámína, vel celse sculpántur in sílice? Scio enim quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et óculi mei conspécturi sunt, et non alius: respósa est hæc spes mea in sinu meo.

A. Dómine, secúndum actum meum noli me iudicare; nihil dignum in conspéctu tuo egi: ideo déprecor majestátē tuam, * Ut tu deus deleas iniquitátem meam. **V.** Amplius lava me Dómine ab iniquitatibus meis, et a delicto meo munda me. Ut tu.

Lectio ix. Job 10. d

Quare de vulva eduxisti me? qui útinam consúptus essem ne óculus me vidéret. Fuissem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non pádicatis diérum meórum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolérem meum, ántequam vadam et non

revertar, ad terram tenebrósam, et opérta[m] mortis caligine: terram misériae, et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.
¶ Libera me Dómine de viis inférni, qui portas aeras confregisti: et visitasti inférnum, et dedisti eis lumen, ut viderent te: * Qui erant in paenis tenebrarum. **¶** Clamantes et dicentes: Advenisti Redemptor noster. Qui erant. **¶** Requiem aeternam. Qui erant.

Sequens **¶** dicitur solummodo in die Commemorationis omnium Defunctorum, et quando cumque pro Defunctis dicuntur novem Lect.

¶ Libera me Dómine de morte aeterna, in die illa tremenda: * Quando caeli movéndi sunt, et terra: * Dum véneris iudicare saeculum pro ignem. **¶** Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio vénerit, atque ventúra ira. Quando. **¶** Dies illa, dies ira, calamitatis et misériae, dies magna et amara valde. Dum véneris. **¶** Requiem aeternam. Libera me, usque ad primum Versum.

AD LAUDES,
 absolute incipitur.
 Aña. Exultabunt * Dómino ossa humiliata. **Ps.** Misérere mei Deus. 60.

Aña. Exaúdi Dómine * orationém meam, ad te omnis caro véniet. **Psalm.** Te decet hymnus. 81.

Aña. Me suscepit * dextera tua Dómine. **Psalm.** Deus Deus meus. 49.

Aña. A porta inféri * erue Dñe animam meam. **Cant.** Ego dixi. 74.

Aña. Omnis spiritus * laudet Dóminum. **Ps.** Laudate Dñm de caelis. 20.

¶ Audívi vocem de caelo dicentem mihi. **¶** Beati mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Benedictus, Aña. Ego sum * resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mórtuus fuerit, vivit: et omnis qui vivit, et credit in me, non moriétur in aeternum.

Deinde pater noster. **Psalm.** De profundis. clxj. cum precibus, et Orationibus, ut supra in Vesp. clxvj.

PSALMI GRADUALES

Dicuntur in Quadagesima Feria quarta cujuslibet Hebdomadae, non impedita aliquo Festo novem Lectionum: in Choro ante Matutinum diei; extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Glória Patri. Sed in fine ultimi dicitur Requiem aeternam. Incipitur absolute sine Aña.

Psalmi. Ad Dóminum cum tribulárer. 136. Levávi oculos meos. **ibid.** Levátus sum. 139. Ad te levávi. **ibid.** Nisi quia Dñus. 140.

Requiem aeternam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * luceat eis.

Deinde dicitur flexibus genibus. Pater noster, secreto. **¶** Et ne nos inducas in tentationem. **¶** Sed libera nos a malo. **¶** A porta inféri. **¶** Erue Dómine animas eorum. **¶** Requiescant in pace. **¶** Amen. **¶** Dómine exaúdi orationém meam. **¶** Et clamor meus ad te véniat. **¶** Dóminus vobiscum. **¶** Et cum spiritu tuo.

Orémus. **Oratio.**

Assolve, quæsumus Dómine, animas famulorum famularumque tuarum, et ómnium fideélium defunctorum, ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis glória inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dóminum nostrum. **¶** Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur: et in fine cujuslibet Psalmi dicitur Glória Patri.

Psalmi. Qui confidunt in Dño. 140. In convertendo. **ibid.** Nisi Dñus edificáverit domum. 141. Beati omnes. **ibid.** Sæpe expugnáverunt. 142.

Postea dicitur flexis genibus. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, secreto. **¶** Et ne nos inducas in tentationem. **¶** Sed libera nos a malo. **¶** Meménto congregationis tuæ. **¶** Quam possedisti ab infitio. **¶** Dómine exaúdi orationém meam. **¶** Et clamor meus ad te véniat.

Dóminus vobiscum. **¶** Et cum spiritu tuo.

Orémus. **Oratio.**

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: súscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tua pietatis cleménter absolvat. Per Christum Dñm nostrum. **¶** Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur, et in fine cujuslibet Psalmi dicitur Glória Patri.

Psalmi. De profundis. 142. Dómine non est exaltatum. **ibid.** Meménto Dñe David. 143. Ecce quam bonum. 144. Ecce nunc benedicite. 158.

Deinde dicitur flexis genibus. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, secreto. **¶** Et ne nos inducas in tentationem. **¶** Sed libera nos a malo. **¶** Salvos fac servos tuos. **¶** Deus meus sperantes in te. **¶** Dómine

exaudi orationem meam.
A. Et clamor meus ad te
 veniat. **V.** Dominus vobiscum.
A. Et cum spiritu
 tuo.

Orémus. Oratio.

PRESENDE Dómine famu-
 lis et famulabus tuis
 dexteram cœlestis auxili-
 ut te toto corde perqui-
 rant; et qua digne postu-
 lant, cónsequi mereantur.
 Per Christum Dóminum
 nostrum. **A.** Amen.

SEPTEM PSALMI

Poenitentiales cum Lita-
 nis dicuntur flexis geni-
 bus in omnibus sextis
Feris Quadrages. quando
Officium fit de Feria. Lita-
nie autem, omissis sep-
tem Psalmis, dicuntur in
Litanis majoribus in
Festo S. Marci, et in tri-
bus diebus Rogatio-
num.

Dicuntur autem in Quad.
in Choro post Matutinum,
et Laudes diel, dicto Be-
nedicamus Dómino, extra
Chorum pro opportuni-
tate temporis.

In fine cuiuslibet Psal-
mi dicitur G lória Patri.
A. A. Ne reminiscáris.

Psalmi. Dómine ne in
furóre. 4. Beati quorum.
83. Dómine ne in furóre
tuo. 89. Miserére mei Deus.
60. Dómine exaudi. 117.
De profundis. 142. Dómine
exaudi orationem meam.
142.

A. A. Ne reminiscáris,
 Dómine, delicta nostra;
 ne paréntum nostrórum;
 velque vindictam sumas
 de peccátis nostris.

LITANIE.

KRYE eléison.
Christe eléison.
Krye eléison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Mi-
 serére nobis.
Fili Redemptor mundi
 Deus, miserére nobis.
Spiritus sancte Deus, mi-
 serére nobis.
Sancta Trinitas, unus
 Deus, miserére nobis.
Sancta Maria, Ora pro
 nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo virginum,
 ora pro nobis.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gábríel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli et
 Archángeli, oráte pro
 nobis.
Omnes sancti bealórum
 spirítuum órdenes, oráte
 pro nobis.
Sancte Joannes Baptista,
 ora pro nobis.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ
 et Prophète, oráte pro
 nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.

Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Malthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Malthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et
 Evangelistæ, oráte.
Omnes sancti Discipuli
 Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocén-
 tes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiane et Seba-
 stiane, oráte.
Sancti Joánnes et Paule,
 oráte pro nobis.
Sancti Cosma et Damiá-
 ne, oráte.
Sancti Gervási et Protási,
 oráte pro nobis.
Omnes sancti Mártires,
 oráte pro nobis.
Sancte Sylvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Maríne, ora.
Sancte Nicolæ, ora.
Omnes sancti Pontífices et
 Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres,
 oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes
 et Levitæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et
 Eremitæ, oráte.
Sancta Maria Magdaléna,
 ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sancta Virgines et
 Viduæ, oráte.
Omnes Sancti, et Sanctæ
 Dei, Intercédite pro no-
 bis.
Propitius esto, Parce no-
 bis, Dómine.
Propitius esto, Exaudi nos
 Dómine.
Ab omni malo, Libera nos
 Dómine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea et improvisa
 morte, libera.
Ab insidiis diaboli, libera
 nos Dómine.
Ab ira, et a dño, et omni
 mala voluntate, libera
 nos Dómine.
A spiritu fornicatiónis,
 libera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte,
 libera nos Dómine.
A morte perpétua, libera.
Per mysterium sanctæ in-
 carnatiónis tuæ, libera
 nos Dómine.
Per adventum tuum, li-
 bera nos Dómine.

Per nativitatem tuam, libera nos Domine,
 Per baptismum et sanctum jejunium tuum, libera nos Domine.
 Per crucem et passionem tuam, libera.
 Per mortem et sepulturam tuam, libera.
 Per sanctam resurrectionem tuam, libera.
 Per admirabilem ascensionem tuam, libera.
 Per adventum Spiritus sancti Paracliti, libera.
 In die iudicii, libera.
 Peccatores, Te rogamus audi nos.
 Ut nobis pareas, te rogamus audi nos.
 Ut nobis indulgeas, te rogamus audi nos.
 Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris, te rogamus audi nos.
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut domnum Apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut inimicos sancte Ecclesie humiliare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.

Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris, te rogamus audi nos.
 Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas, te rogamus audi nos.
 Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.
 Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias, te rogamus audi nos.
 Ut fructus terrae dare et conservare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
 Eili Dei, te rogamus.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
 Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. later noster, secreto. Et ne nos inducas

in tentationem. **R.** Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum intende: * Domine ad adjuvandum me festina. Confundantur, et revertantur, * qui quaerunt animam meam: Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui volunt mihi mala: Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge. Exultent et latentur in te omnes qui quaerunt te, * et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutarem tuam. Ego vero egenus, et pauper sum: * Deus adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu: * Domine ne moreris.

Gloria Patri. Sicut erat. **V.** Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te. **V.** Esto nobis Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **V.** Nichil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. **V.** Domine non secundum peccata nostra facias nobis. **R.** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Oremus pro Pontifice nostro **N.** Dominus conservet eum, et vivifict eum, et beatum faciat eum

in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus. **V.** Oremus pro benefactoribus nostris. **R.** Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam, Amen. **V.** Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis. **V.** Requiescant in pace. **R.** Amen. **V.** Pro fratribus nostris absentibus. **R.** Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te. **V.** Mitte eis Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere eos. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere; suscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

EXAUDI, quaesumus Domine, supplicium preces, et confidentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. **INEFFABILEM** nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende:

ut simul nos et a peccatis omnibus exuas; et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, penitentiâ placaris: preces populi tui supplicanti propitiùs respice; et flagella tuæ iracundiæ, que pro peccatis nostris meremur, averte.

OMNIPOTENS sempiternè Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænotas: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exitus corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dôminum. **¶** Dôminus vobiscum. **¶** Et cum spiritu tuo. **¶** Exaudi cum omnipotens et misericors Dôminus. **¶** Amen. **¶** Et fideliùm animæ per misericordiã Dei requiescant in pace. **¶** Amen.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum, Dômine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

FIDELIUM Deus omnium Cõdilor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

ACTIONES nostras, quas sumus Dômine, aspirando præveni, et adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiantur.

OMNIPOTENS sempiternè Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænotas: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exitus corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dôminum. **¶** Dôminus vobiscum. **¶** Et cum spiritu tuo. **¶** Exaudi cum omnipotens et misericors Dôminus. **¶** Amen. **¶** Et fideliùm animæ per misericordiã Dei requiescant in pace. **¶** Amen.

ORDO

COMMENDATIONIS
ANIMÆ

*Primum dicuntur Litanie
breves in hunc modum.*

KYRIE eléison.
Kriste eléison.
Kyrie eléison.
Sancta Maria, Ora pro eo.

Omnes sancti Angeli, et Archàngeli, orate. **¶** Propitiùs esto, libera. **¶** Sancte Abel, ora. **¶** Ab ira tua, libera. **¶** Omnis Chorus iustorum, ora pro eo. **¶** A periculo mortis, libera eum Dômine. **¶** Sancte Abraham, ora. **¶** A mala morte, libera. **¶** Sancte Iohannes Baptista, ora pro eo. **¶** A pœnis inferni, libera. **¶** Sancte Ioseph, ora. **¶** Ab omni malo, libera. **¶** Omnes sancti Patriarcha et Propheta, orate. **¶** A potestate diaboli, libera eum Dômine. **¶** Sancte Petre, ora. **¶** Per nativitatẽ tuam, libera eum Dômine. **¶** Sancte Paule, ora. **¶** Per crucem et passionem tuam, libera. **¶** Sancte Andrea, ora. **¶** Per mortem et sepulturam tuam, libera. **¶** Sancte Iohannes, ora. **¶** Per gloriosam resurrectionem tuam, libera. **¶** Omnes sancti Apostoli et Evangelista, orate. **¶** Per admirabilem ascensionem tuam, libera. **¶** Omnes sancti Innocentes, orate pro eo. **¶** Per gratiam Spiritus sancti Paracliti, libera. **¶** Sancte Stêphane, ora. **¶** In die iudicii, libera. **¶** Sancte Laurenti, ora. **¶** Peccatores, Te rogamus audi nos. **¶** Omnes sancti Martyres, orate pro eo. **¶** Ut ei parcas, te rogamus. **¶** Sancte Silvester, ora. **¶** audi nos. **¶** Sancte Gregori, ora. **¶** Kyrie eléison. **¶** Christe eléison. **¶** Sancte Augustine, ora. **¶** Kyrie eléison. **¶** Omnes sancti Pontifices et Confessores, orate. **¶** Deinde cum in agone sui exitus anima anxiat, dicantur sequentes Orationes. **¶** Sancte Benedicte, ora. **¶** Oratione. **¶** Sancte Francisce, ora. **¶** PROFICISCERE, anima Eremite, orate. **¶** christiana, de hoc Sancta Maria Magdalene, ora pro eo. **¶** mundo, in nõmine Dei Sancta Lucia, ora. **¶** Patris omnipotentis, qui Omnes sanctæ Virgines et Vidua, orate. **¶** te creavit: in nõmine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui Omnes Sancti et Sanctæ Dei, Intercedite pro eo. **¶** pro te passus est: in nõmine Propitiùs esto, Parce ei Spiritus sancti, qui in te Dômine. **¶** effusus est: in nõmine Angelorum et Archangelorum: in nõmine Thronorum et Dominatiónum: in nõmine Pars HEMMALIS.

Principatum et Potestatum : in nomine Cherubim et Seraphim : in nomine Patriarcharum et Prophetarum : in nomine sanctorum Apostolorum et Evangelistarum : in nomine sanctorum Martyrum et Confessorum : in nomine sanctorum Monachorum et Eremitarum : in nomine sanctorum Virginum , et omnium Sanctorum et Sanctorum Dei : hodie sit in pace locus tuus , et habitatio tua in sancta Sion . Per eundem Christum Dominum nostrum . *R. Amen.*

Oratio.

Deus misericors , Deus clemens , Deus , qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccatum penitentium delens , et preteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas : respice propitius super hunc famulum tuum *N.* et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi . Renova in eo , piissime Pater , quidquid terrena fragilitate corruptum , vel quidquid diabolica fraude violatum est : et unitati corporis Ecclesie membrum redemptionis annecte . Miserere Domine gemituum , miserere lacrymarum ejus : et non habentem fiduciam , nisi in tua miseri-

cordia , ad tuam sacramentum reconciliationis admittit . Per Christum Dominum nostrum . *R. Amen.*
COMMEMO te omnipotenti Deo , charissime frater , et ei , cujus es creatura , committo : ut , cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris , ad auctorem tuum , qui te de limo terre formaverat , revertaris . Egredienti itaque animæ tuæ de corpore splendidus Angelorum coetus occurrat : iudex Apostolorum tibi senatus adveniat : candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet : liliata rutilantium te Confessorum turba circumdet : jubilantium te Virginum chorus excipiat : et beata quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat : mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat , qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat . Ignores omne quod horret in tenebris , quod stridet in flammis , quod cruciat in tormentis . Cedit tibi terribimus satanas cum satellitibus suis : in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat , atque in æternæ noctis chaos immâne diffugiatur . Exurgat Deus , et dissipentur inimici ejus : et fugiant , qui oderunt eum ,

a facie ejus . Sicut deficit fumus , deficient : sicut fluit cera a facie ignis : sic pereant peccatores a facie Dei : et justii epulentur , et exultent in conspectu Dei . Confundantur igitur et erubescant omnes tartareas regiones , et ministri satanæ iter tuum impedire non audeant . Liberet te a cruciati Christus , qui pro te crucifixus est . Liberet te ab æterna morte Christus , qui pro te mori dignatus est . Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amona virèntia , et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat . Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat , atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat . Redemptorem tuum facie ad faciem videas , et præsens semper assistens , manifestissimam beatissimam oculis aspicias veritatem . Constitutus igitur inter agmina beatorum , contemplationis divinæ dulcedine potiarius in sæcula sæculorum . *R. Amen.*

Oratio.

SUSCIPE Domine servum tuum in locum sperandæ sibi salvationis a misericordia tua . *R. Amen.*
 Libera Domine animum servi tui ex omnibus periculis inferni , et de læ-

queis penarum , et ex omnibus tribulationibus . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Henoch et Eliam de communi morte mundi . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Noe de diluvio . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Abraham de Ur Chaldaeorum . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Job de passionibus suis . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Isaac de hostia et de manu patris sui Abraham . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Lot de Sodomis , et de flamma ignis . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti Daniëlem de lacu leonum . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis , et de manu regis iniqui . *R. Amen.*

Libera Domine animum servi tui , sicut liberasti

Susannam de falso crimine. Amen.

Libera Dómine animam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Goliá.

¶ Amen.

Libera Dómine animam servi tui, sicut liberásti Petrum et Paulum de carceribus. ¶ Amen.

Et sicut beatissimam Theclam virginem et mártirem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberásti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. ¶ Amen.

Oratio.

COMMENDAMUS tibi Dómine animam famulitui **N.** precamúrque te, Dómine Jesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendisti, Patriarchárum tuórum sinibus insinuáre non rénuas. Agnosce, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Látifica Dómine animam ejus in conspéctu tuo, et ne memineris iniquitátum ejus antiquárum, et ebriatátum, quas suscitávit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et

Filiúm, et Spíritum sanctum non negávit, sed credídít, et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

DELICTA juventútis, et ignorántias ejus, quæsumus, ne memineris Dómine: sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli, collaténtur illi Angeli. In regnum tuum Dómine servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archángelus Dei, qui militiæ cœlestis méruit principátum. Veniant illi óbviæ sancti Angeli Dei, et perdúcant eum in civitátem cœlestem Jerúsalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cœlestis tráditæ sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiõnis. Intercédát pro eo sanctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœlestia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro eo omnes Sancti et elécti Dei, qui pro Christi nómine tormenta in hoc sæculo sustinué- runt: ut vinculis carnis

Orémus. Oratio.

Tibi Dómine commendámus animam famulitui **N.** ut defunctus sæculo tibi vivat: et qua per fragilitátem humana conversatiõnis peccáta commisit, tu vénia misericórdissima pietátis absérge. Per Christum Dóminum nostrum. ¶ Amen.

Si anxiatu adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet, Confitemini Dómino. 24. et totus Psalm. Beati immaculati, per Horas distributus. 25.

Egressa autem anima, dicitur hoc. Subvenite Sancti Dei, occurríte Angeli Dómini: * Suscipiéntes animam ejus: * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. †. Suscipiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te. Suscipiéntes. †. Réquiem atérnam dona ei Dómine: et lux perpétua luceat ei. Offeréntes.

Deinde Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Postea Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentatiõnem. Amen. Sed libera nos a malo. †. Réquiem atérnam dona ei Dómine. Amen. Et lux perpétua luceat ei. †. A porta inferi. Amen. Erue Dómine animam ejus. †. Requiescat in pace. Amen. †. Dómine exaudi oratiõnem meam. Amen. Et clamor meus ad te véniat. †. Dóminus vobiscum. Amen. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO MENSÆ.

Ante prandium Sacerdos benedicturus mensam, incipit Benedicite, et alii repetunt Benedicite. Deinde dicit. Oculi ómnium, et alii prosequuntur. In te sperant, Dómine, et tu das escam illorum in tempore oportuno. Aperis tuam manum tuam, et imple omne animal benedictiõne. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentatiõnem. Amen. Sed libera nos a malo.

Postea Sacerdos dicit: Orémus.

Benedic Dómine nos, et hæc tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumpturi. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde Lector. Jube domine benedicere. Benedictio. Mensæ cœlestis participes faciat nos Rex atérnæ glóriæ. Amen. Post prandium aguntur gratiæ hoc modo. Dicto

a **Lectore**, Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias, omnes surgunt.

Sacerdos incipit **7.** Confiteántur, tibi, Dómine ómnia ópera tua. **R.** Et Sancti tui benedicant tibi. **7.** Glória Patri. **8.** Sicut erat in principio.

Postea **Sacerdos absolute dicat**:

Agimus tibi grátias, omnipotens Deus, pro univérsis beneficiis tuis: qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **A.** Amen.

Deinde **alternatim dicitur salmus**. Miserere mei Deus. 60.

vel **Psalmus 116.**

Laudate Dóminum omnes gentes: * laudate eum omnes pópuli:

Quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus: * et veritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eleíson. Christe eleíson. Kyrie eleíson. **Sacerdos dicit**, Pater noster. **7.** Et ne nos inducas in tentationem. **A.** Sed libera nos a malo. **7.** Dispérsit, dedit pauperibus. **A.** Justitia ejus manet in sæculum sæculi. **7.** Benedicam Dóminum in omni tempore. **A.** Semper laus ejus in ore meo. **7.** In Dómino laudabitur ánima mea. **A.** Audiant mansuéti, et lætentur.

7. Magnificáte Dóminum mecum. **R.** Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

7. Sit nomen Dómini benedictum. **R.** Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Deinde **sine Orémus.**

Retráhere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. **A.** Amen. **7.** Benedicámus Dómino. **A.** Deo grátias. **7.** Fidélium ánima per misericórdiam Dei requiescant in pace. **A.** Amen. Pater noster, secreto. Quo finito, dicit **Sacerdos**: Deus det nobis suam pacem. **A.** Amen.

Ante coenam **Sacerdos benedicturus mensam, incipit** Benedicite, et alii repetunt Benedicite.

Deinde **Sacerdos incipit** **7.** et alii **prosequuntur**:

Edent pauperes, et saturabúntur, et laudábunt Dóminum, qui requirunt eum: vivent corda eórum in sæculum sæculi. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eleíson. Christe eleíson. Kyrie eleíson. Pater noster, secreto. Et ne nos. Orémus. **Benedic Dómine, ut supra in prandio.** clxxxix. Jube domne. **Benedicite**. Ad coenam vitæ ætérnæ perducet nos Rex ætérnæ glóriæ. **A.** Amen.

In **line coenæ dicitur** **7.** Memóriam fecit mirábilium suorúm misericórdios

et miserátor Dóminus: Reges Arabum, et Saba escam dedit timéntibus se. Glória Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicit:

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis: qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. **A.** Amen.

Deinde **alternatim dicitur Psalmus**. Laudate Dóminum omnes gentes, et reliqua ut exc.

Quando semel comeditur, omnia dicuntur ut in coena.

Prædictus modus benedicens mensam, et agendi grátias, servatur omni tempore hujus Partis Hiemalis, præterquam diebus infrascriptis, quibus Versiculæ et Psalmi tantum variantur.

In **Nativitate Domini**, usque ad coenam **Vigilie Epiphaniæ exclusive**, dicitur **7.** Verbum caro factum est, allelúia: Et habitávit in nobis, allelúia. Glória Patri.

In **line dicitur** **7.** Notum fecit Dóminus, allelúia: Salutare suum, allelúia. Alia ut supra. **Psalmus**. Cantáte 115. vel Laudate Dóminum omnes gentes, exc. qui **Psalmus semper ad beneplacitum dicitur** etiam in aliis solemnitatibus.

In **Epiphania**, et per totam **Octavam**, **7.** Reges Tharsis, et insula múnera offerent, allelúia:

In **line dicitur** **7.** Omnes de Saba vénient, allelúia: Aurum et thus deferéntes, allelúia. Glória Patri.

Psalmus. Iteus judicium tuum. 90.

ITINERARIUM.

Clericus in ipso itinere ingressu, si solus fuerit, dicat, quæ sequuntur, in singulari, si cum sociis, in plurali.

Añia. In viam pacis.

Canticum. Benedictus Dóminus Deus Israel. 22. In **line**, Glória Patri.

Añia. In viam pacis et prosperitátis dirigat nos omnipotens et misericórdios Dóminus: Et Angelus Raphaél comitétur nobiscum in via, ut cum pace, salute et gáudio revertámur ad própria. Kyrie eleíson. Christe eleíson. Kyrie eleíson. Pater noster, secreto.

7. Et ne nos inducas in tentationem. **A.** Sed libera nos a malo. **7.** Salvo fac servos tuos. **A.** Deus meus sperántes in te. **7.** Mitte nobis Dómine auxilium de sancto. **A.** Et de Sion tuere nos. **7.** Esto nobis Dómine turris fortitudinis. **A.** A facie inimici. **7.** Nihil proficiat inimicus in nobis. **A.** Et filius iniquitátis non appónat nocere nobis. **7.** Benedictus

Dóminus die quotídie. **¶** Prósperum iter faciat nobis Deus salutárium nostrórum. **¶** Vias tuas Dómine démonstra nobis. **¶** Et sémitas tuas édoce nos. **¶** Utinam dirigántur viæ nostræ. **¶** Ad custodiéndas justificatiónes tuas. **¶** Erunt prava in dirécta. **¶** Et áspera in vias planas. **¶** Angelis suis Deus mandávit de te. **¶** Ut custódiant te in ómnibus viis tuis. **¶** Dómine exáudi oratióne meam. **¶** Et clamor meus ad te veniát. **¶** Dóminus vobiscum. **¶** Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

Deus, qui filios Israel per maris médium siccó vestígio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti : tribue nobis quæsumus iter prósperum, tempúsque tranquillum : ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pèrgimus, locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham pèrum tuum, de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum cu-

stodisti : quæsumus, ut nos famulos tuos custodire dignéris : esto nobis Dómine in procinctu suffrágium, in via solátium, in aestu umbráculum, in plúvia et frigore teguméntum, in lassitudine vehículum, in adversitate præsidium, in líbrico báculus, in naufrágio portus : ut te duce, quo ténedimus, prósperè perveniámus, et demum inóclumes ad própria redeámus.

Adesto, quæsumus Dómine, supplicatióibus nostris, et viam famulórum tuorū in salutis tuæ prosperitaté dispóné : ut inter omnes vias et vitæ hujus varietates tuo semper protegámur auxilio.

Presta, quæsumus ómnipotens Deus : ut familia tua per viam salutis incédát, et beati Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

¶ Amen.

¶ Procedámus in pace.

¶ In nómine Domini, Amen.

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

Cum subsequentiá Officia a summis Pontificibus Ordinata, Ecclesiam universalem non obligent, utpote in certis quibusdam Regnis et Provinciis, ex indulto eorundem recitanda: hic in fine, extra aliorum ordinem, pro majori recitantium commoditate, eadem addenda putavi.

DIE VIII. DECEMBRIS.

In Festo Immaculate

Conceptionis B. M. V.

Antiph. j. classis cum

Octava. Invitat.

Ad Vesp. Ant. et Capit.

de Laud. Psalmi ut in

Festis B. M. cxxxvij.

Hymnus. Ave maris

stella. xl.

Immaculata Conceptio

(est hodie sanctæ Mariæ

Virginis. Cujus vita

inclýta cunctas illústrat

ecclésiás.

Ad Magnificat. Ant.

Beata Dei génitrix Mariá

Virgo perpétua, templum

Dómini, sacrárium Spiri-

tus sancti, sola sine ex-

emplo placuisti Dómino

nostro Jesu Christo, al-

leluia.

Oratio.

Deus, qui per immacu-

latam Virginis Concep-

tióne dignum Filio tuo

habítaculum præparásti,

ejus nobis intercessióne

concede, ut cor et corpus

nostrum immaculatam

tibi, qui eam ab omni

labe præservásti, fideliter

custodiámus. Per eum-

dem Dóminum.

Ad Matutinum. Invitat.

Immaculatam Concepti-

onem Virginis Mariæ cele-

brémus: * Christum ejus

Filium adóremus Dómi-

num. Psalm. Venite exul-

témus. 2.

Hymnus. Quem terra,

pontus, sidera, ut in Fe-

stis B. M. xlj.

In primo Nocturno.

Ant. Multæ filiæ congre-

gaverunt divitias, tu su-

pergressa es universas.

Psalmi ut in Festis B. M.

Ant. Manus Dómini con-

fortávit te, et ideo eris

benedicta in ætérnum.

Ant. Noli mettère, non

moriéris: non enim pro

te, sed pro ómnibus hæc

lex constitúta est.

¶ Deus præcínxit me vir-

túte. ¶ Et posuit immacu-

latam viam meam.

Lectiones ut in Brevia-

rio in eodem Festo.

¶ i. Quae est ista quae ascendit sicut aurora consurgens, * Pulchra ut luna, electa ut sol? * Quasi arcus refulgens inter nebulae, et quasi flos rosarum in diebus vernis. Pulchra.

¶ ii. Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivus aquarum, * Cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. * Quae est ista quae ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Cujus.

¶ iii. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, * Quia cum essem parvula, placui Altissimo. * Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. Quia. Gloria Patri. Quia cum essem.

In secundo Nocturno.
AñA. Eripuit me de inimicis meis fortissimis; et factus est Dominus protector meus.

AñA. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

AñA. Fundatur mons Sion exultatione universae terrae, latera aquilonis; civitas regis magni.

¶ In hoc cognovi quoniam voluisti me. * Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Lectiones ut in Breviario in eodem Festo.

¶ iv. Fundamenta ejus in montibus sanctis: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. * Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Diligit.

¶ v. Nihil inquinatum in eam incurrit: * Candor est lucis aeternae, speculum sine macula. * Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Candor est.

¶ vi. Beatum me dicent omnes generationes, * Quia ancillam humilem respexit Deus. * Ornatum monilibus filiam Jerusalem Dominus concipivit. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.
AñA. Ave gratia plena, Dominus tecum.

AñA. Venite, et audite, et narrabo quanta fecit Deus animae meae.

AñA. A dextris est mihi Dominus ne commovear: propter hoc dilatatum est cor meum.

¶ Elegit eam Deus et praelegit eam. * In tabernaculo suo habitare facit eam.

Homilia ut in Breviario in eodem Festo.

¶ vij. Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, * Et in capite ejus corona stellarum duodecim. * Filia Sion

tota formosa et suavis est. Et.

¶ viij. Benedixit te Dominus in virtute sua, * Quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros. * Hodie nomen tuum ita magnificavit Dominus, ut non recedat laus tua de ore hominum. Quia. Gloria Patri. Quia.

AD LAUDES,
et per Horas, Ant.
1. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Ps. Dominus regnavit, cum relictis 48.
2. Dilectus meus mihi et ego illi, qui pascitur inter lilia.

3. Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.

4. Benedicta es tu, filia, a Domino Deo excelso praegmibus mulieribus super terram.

5. Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

Capitulum. Prof. 8.
Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram.

Hymnus. O gloriosa virginum. clj.

¶ Immaculata Conceptio (est hodie) sanctae Mariae

Virginis. **AñA.** Cujus vita incolta cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Benedictus, AñA.
AñA. Dominus Deus ad serpente[m]: Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, alleluia.

Oratio.
Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti, ejus nobis intercessionem concede, ut cor et corpus nostrum immaculatum tibi, qui eam ab omni labe praeservasti, fideliter custodiamus. Per eundem Dominum.

Qui Primam in A. br. ¶
Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, AñA.
Dilectus meus.

Capitulum. Dominus, supra. A. br. Deus * Praecinxit me virtute. Deus. ¶ Et posuit immaculatam viam meam. Praecinxit. Gloria Patri. Deus. ¶ In hoc cognovi quoniam voluisti me. * Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Ad Sextam, AñA.
Tota pulchra es.

Capitulum. Ezech. 44.
Porta haec clausa erit, et non aperietur, et vir non intrabit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per

eam: eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

6. br. In hoc cognovi * Quoniam voluisti me. In hoc. **7.** Quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Quoniam. **Gloria Patri.** In hoc. **9.** Elegit eam Deus et praelégit eam. **6.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Añā.
Tu glória. **Prov. 8.**

BEATUS homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et habet salutem a Domino.

6. br. Elegit eam Deus, * Et praelégit eam. Elegit.

7. In tabernáculo suo habitare facit eam. Et praelégit. **Gloria Patri.** **Elégit.** **7.** Diffusa est grátia in labiis tuis. **6.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

In ij. Vesperis ornata ut in primis, preterea.

Ad Magnificat, Añā.
Conceptio tua, Dei génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, et confundens mortem, donávit nobis vitam sempiternam, alleluia.

DIE IX. DECEMBRIS:
Secunda infra Oct.

Semiduplex.

Omnia ut in Festo.

In j. Noct. Lectiones de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Epiphánii

Episcopi.

Orat. de Laud. S. Mariæ

Deiparæ.

Quoniam dicam? et quid próloquar? Quo pacto beatam prædicabo glóriæ radicē? Solo enim Deo excépto, cunctis superior existit; natura formosior est ipsis Chérubim, Séraphim, et omni exercitu angélico: cui prædicandæ cælestis ac terrænæ lingua minime sufficit, imo vero nec Angelórum. Etenim ipsi quidem hymnum, laudem, honorem protulerunt. Lætábantur vero Angeli, tamquam ipsi dumtaxat Deum haberent; quibus sanctissima Virgo superior facta, Deum habitantem in cælis concepit in terra, ut hac ratione exercitus Angelórum traheret in terram, et veraretur cum hominibus. Ipsa enim est cæli et terræ mediatrix, quæ unio-nem naturaliter perégit.

6. Fundamenta.

7. Lectio v.

O beata Virgo, columba pura, et sponsa cælestis Mariæ, cælum, tem-

plum et thronum divinitatis, quæ coruscantem in cælo et in terra solem habes Christum; nubes lucida, quæ fulgur de cælo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum! Nubes cælestis, quæ tonitruum Spiritus sancti in se ipsa recónditum deduxit in mundum, et imbrem Spiritus sancti in universam terram, ad producendum fidei fructum, cum impetu demisit. Ave grátia plena, porta cælorum, de qua Prophéta vaticinatus est his verbis: Ecce porta clausa, et nullus ingreditur per eam, nec egreditur, præterquam Dominus Deus solus; et erit porta clausa tui, quia dux ipse vocábitur, et in ipsum sperábunt omnes gentes. De hac porta etiam in Cántico Prophéta in decursu orationis plane et aperte próloquitur, inclámans: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. **6.** Nihil inquinatum.

7. Lectio vi.

ANGELI accusábant Evā, nunc vero Mariam glória prosequuntur, quæ mulierum infirmitatem vere glóriosam reddidit, et Adamum e paradiso dejectum in cælis misit; quæ paradisum clausum aperuit, et per latrónem

rursum Adamum complávit. Per te enim, o in cælo et in terra solem Virgo, médius obstructiónis paries inimicitias dissolvit; per te pax cælestis donata est mundo; per te hómines facti sunt Angeli; per te hómines appellati sunt amici, servi, et filii Dei; per te hómines meruerunt esse conservi Angelórum, et cum eis familiáriter conversári; per te notitia cælestis a terra transmittitur; per te hómines fidúciám habent in cælo erga Altissimum; per te Crux respléndit per universam terram, in qua quidem cruce pependit filius tuus Christus Deus noster; per te mors conculcatur, et spoliatur infernus. **6.** Beátam me.

In ij. Nocturno Hómilia S. Hieronymi ut in Breviario hac die.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertia infra Octavam.

Semiduplex.

In j. Nocturno Lectiones de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Thomæ

Archiepiscopi Valentini.

Lectio iv.

In concept. B. M. V.

Non est facta in pónere et mensura Virgo. Omnibus dedit, omnia replevit. Et quemadmodum sol justitiæ Christus Deus noster oriri facit lumen suum super bonos

et malos: sic lumen indeficiens Virgo sacratissima, radios évibrans misericórdiæ suæ, ómnibus indifferenter sese exorabilem, ómnibus clementissimam præbet, ómnium dénique necessitates amplexissimo quodam miseratú affectu. Omnibus ómnia facta est: sapientibus et insipientibus copiosissima charitáte debítricem se fecit: ómnibus misericórdiæ sinum aperuit, ut de plenitúdine ejus accipiant univérsi, captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator véniam, justus grátiam, Angelus lætítiam, dénique tota Trinitas glóriam, Filii persóna carnis humanæ substantiam.

¶ Fundamenta.

¶ Lectio v.

O lampas lucidissima, quantos lætificasti, quando dívino splendóre illustrata in útero matris immaculata apparuisti! Concepción tua, Dei géni-
trix Virgo, gaudium annuntiavit univérso mundo. Mérito epithalámii præcénor ille a longe in ortu tuo, te intúitus, Quæ, inquit, est ista quæ progreditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrórum ácies ordinata? Sicut auróra valderútílan in mundum

prodiisti, o Maria, quando veri solis fulgóre adumbrata in conceptione tua immaculata fuisti. Ipse enim sol justitiae de te procedens, ortum tuum quodam matutina irradiatione præveniens, in te sua lucis radios copiosissime transfudit, quibus potestates tenebrarum, quas Eva produxerat, in fugam convertisti. ¶ Nihil inquinatum.

¶ Lectio vij.

Tu pulchra ut luna dicitur, eique non immerito compararis; illa enim ómnium astrórum sola, soli simillima, comparatione et candóre venusta, inter millia astrórum Deo assisténtium, omnígena puritáte in celo gloriósa præfulgens. Tu ergo pulchra es ut luna, imo et pulchrior luna, quia tota pulchra es, et maculae neque originalis neque actualis umbra non est in te. Tu electa es, ut sol ille, inquam, sol, solis conditor, ille electus est ex millibus virórum; tu electa ex millibus feminárum. Tu terribilis ut castrórum ácies ordinata. An non horruerunt principes tenebrarum, quando viderunt præter morem immaculatæ conceptam, armatura omnifortiore instructam, contra se procedere feminam? Quin et in animatione tua

ácies válidas spiritúalium virtutum, et innumerabilium beatorum spirituum militiam delegatam fuisse nullatenus ambigimus; útpote qui custodirent léctulum Salomónis purissimum, ne preparatum ætérno regi hospitium aliénus hospes invaderet.

¶ Beatum.

¶ In tertio Nocturno.

¶ Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

¶ Lectio vij. Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac; Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua. Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

¶ Expos. Evang. secundum Luc. Cap. 3.

Ideo istos duos géneris auctóres Evangelista delegit: unum qui promissum accepit de congregatione populórum: alterum, qui de generatione Christi oraculum consecutus est. Et ideo licet ordine sit successio-
nis posterior, prior tamen quam Abraham in Dómini generatione describitur; quia plus est promissum accepisse de Christo, quam de Ecclesia; quóniam Ecclesia ipsa per Christum. Ergo unus princeps géneris secundum carnem, alter princeps géneris secundum spiri-

tum: alter secundum séminis grátiam, alter secundum populórum fidem; pótius enim qui salvat eos qui salvatur. Et ideo David filius dicitur: Liber generationis Jesu Christi filii David. Ejus enim primo loco debuit filius dici, cui dari filius est promissus; licet Apóstolus etiam Abraham Christum dicit esse promissum. Abraham enim dicta sunt promissiones, et sémini ejus. Non dicit: et seminibus; tanquam in multis, sed sicut in uno: et sémini tuo; qui est Christus: ut alteri proprietatis generationis, principátus alteri deferatur. ¶ Signum.

¶ Lectio vij.

Lli delátum est, ut Jesus ejus filius diceretur: huic quasi principi, familia gentiumque prærogativa servatur; ut ab Abraham generationis dominicæ maneret exórdiu. Qui enim fidei auctor est, ipsum asserere Scriptúra quoque debuit divínæ generationis auctórem. Unde et Lucas ad Deum pavit referéndam; quod verus Christi generátor Deus sit, vel secundum veram generationem pater, vel secundum lavácri regenerationis mystici múniceps auctor. Et ideo non a primo generationem ejus cepit describere; sed po-